



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

Eck, Johannes

Antverpiae, 1541

12 De extrema vnctione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35599

ci appellant sacramenta in commu-
ni Myſteria.

Matrimonium eſt magnum ſacra-
mentum in Chriſto & eccleſia, at per
hoc non poterit probare hereticus,
vt ſic minus ſit ſacramentum, nam
hic explicat Apoſtolus, quomodo
ſit rei ſacræ ſignum, non ſolum græ-
tiæ, ſed etiam vñionis Chriſti & ec-
cleſiæ.

De ſecūdo

DE EXTREMA
vñctione XII.

¶ Vñctio extrema ſacramentum eſt
in eccleſia dei, à ſ. Iacobo pro-
mulgatum.

Infirmatur quiſ in vobis inducat
presbyteros eccleſiæ, & orent ſu-
per eum, vngentes eum oleo in
nomine domini, & oratio fidei ſal-
uabit infirmū, & alleuiabit eum do-
minus, & ſi in peccatis ſit remitten-
tur ei.

Iaco. 5.

Apoſtoli vngebant oleo multos
ægros, & ſanabantur,

Mat. 9. 35

K 5 Hic

DE EXTREMA

Hic est materia scilicet vnctio olei. s. oliuę, quod proprie oleum dicitur. Alij enim liquores ex similitudine ad ipsum, olei nomen accipiunt forma, quia cū oratione, & effectus scilicet remissio peccatorum. Est ergo sacramentum, quia signum sensibile, sacre rei signum. Nam ad quid aliud fieret vnctio? Dionysius determinat eam capite. 7. de Ecclesiastica Hierarchia, & Hugo de sancto Victore.

August. lib. 2. de visitatione infirmorum, docet infirmum debere cōfiteri, communicare & vnctionem sumere, ait enim: Nec prætermittēdū est illud Apostoli Iac. præceptū. Infirmatur quis in vobis &c. Ergo roges de te & pro te fieri sicut dixit Apostolus Iacobus, imo per Apostolum suum dominus. Ipsa videlicet olei sacrati delibutio, intelligitur spiritus sancti typica vnctio.

August. de rectitudine catholice
con-

conuersationis dicit: Qui ægrotat
in sola dei misericordia confidat, &
Eucharistiam cum fide & deuotiõe
accipiat, oleumq; benedictum fide-
liter ab ecclesia petat vnde corpus su-
um vngatur.

¶ Obijcit hæreticus.

1. Apostolus non potest sacramen-
tum instituere.

2. Porro dubitatur de authoritate
illius Epistolæ.

¶ Respondet Catholicus.

Non videtur absonũ Apostolum **De primo**
authoritate Christi, & iussu spiritus
sancti instituere sacramentum. At si
etiam Christus illud instituit, tamẽ
Iacobus promulgauit.

Et si aliquando dubitatum fuerit **De secũdo**
de illa epistola, an ab alio fuerit per-
scripta quàm Iacobo; tamen canoni-
cam obtinuit authoritatem Hiero-
nymo teste, & prima ponitur in ca-
nonicis ante Petri, Ioannis & Iudæ
epistolas. Quod si ecclesiã nõ audis
hanc

DE HVMANIS CON-

hanc Epistolam approbantem, iam
omnia erunt incerta, quia huiusmo-
di temerarius, etiam negaret Episto-
las Pauli. Vide Tomo. 4. Homil. 52.

DE HVMANIS CON-

stitutionibus. XIII.

¶ Humana cōstitutio Conciliorum
& pontificum seruanda.

Luc. 10

Qui vos audit, me audit, &
qui vos spernit me spernit,
qui autē me spernit, spernit
eū q̄ me misit. Ecce quod Christū &
Euangeliū spernit, qui ecclesie præ-
latos & ecclesiasticas constitutiones
contemnit. Scitis quæ præcepta de-

2. Thef. 4

derim vobis per dominum Iesum
Christum, & post: Itaq; qui hæc sper-
nit nō hominem spernit, sed deum,
qui etiam dedit spiritum sanctum
in nobis. Moyses cōtra se & Aaron

Exo. 10

murmuranti populo dixit: Audiui
murmur vestrum contra dominum
Et infra: Nos enim quid sumus: nec
cōtra nos est murmur vestrum, sed
cōtra